Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ystoria Troiana - Cod. Aug. pap. 37

Guido <de Columnis>

[Reichenau], [14. Jahrh.]

Liber XVI

urn:nbn:de:bsz:31-73096

Visual Library

successit infelici Hectori illa die in quo cum
potuisset de suis hostibus in multa gloria obtinere
triumphum, dum paucis discurrit persequendo
hostes suos qui tanquam deuicti ab eis a Troia-
norum facie fugiebant, excepto Grecorum obuius
sibi uenit. Ecce fit obuius ei filius The-
lamonis, qui Thelamonius Aiax proprio nomine dice-
batur, qui in uirtute bellandi ipsum hostiliter
est aggressus, cum fuit uir in uirtutibus militaribus
potens et fortissimus pugnator. Committitur ergo
duriter prelium inter duos tam fortes, set dum inter se
bellando mutuo loquerentur, agnouit Hector
illum esse filium amite sue, et sibi in linea con-
sanguinitatis coniunctum. Quare Hector eundem mili-
tem fuit letus, depositis armis in ulnis
est sibi affectione blanditus. Pollicetur igitur in omnibus
spondet et monet ipsum et cogit, ut Troiam
ueniat in spectaculum amplius sui generis parentelam,
et ille ingratus ac saluacionis suorum Grecorum et sue
patrie non omittens, rogat Hectorem, ut si tantam
affectionem ducat erga eum, faciat quod pariter gens Tro-
iana amplius eo die bellare desistat, et quod Greci
fugientes amplius non sequantur, set ut Troiani
ad ciuitatem reddeant, Grecis eo die in pace di-
missis. Annuit infelix Hector. Quare incontinenti
emisso tubarum sonitu omnes Troianos retro
cedere et a bello discedere facit et mandat. Iam
Troiani in Grecorum naues ignem immiserant, iam
omnes naues finaliter combussissent, set ad uocem

et mandatum ducis eorum omnes totaliter destiterunt.
Qui multo dolore commoti ad ciuitatem redierunt,
et magis doluerunt in ipsam cum ista fuit tam leuis
causa quare Troiani illa die ab obtenta eorum uic-
torie discesserunt, ad quam postea nunquam perue-
nire fatis contradicentibus potuerunt.

Nota: Marcianus In sapientia Hectoris contra fortune nescivit cognoscere.

Liber sextusdecimus in quo agitur
de tercio bello.

Partis igitur ciuitatis seratis (?) seruis (?) et
propugnaculis aduenientes nocte firmatis
per eam singentes (?) ciuitatem Troiani bene pu-
gnantes et qui tamen eorum arma ceperunt,
in mane ergo expectantes diei lucem, ut
admissis Hectoris ducis eorum ad bellum exirent.
Set Greci sequenti die fecerunt ad Regem Pria-
mum nuncios transmiserunt, petentes indutias
duorum mensium. Treuga firmata, quod
Rex Priamus et Hector cum maioribus eorum exercitus
consilio concesserunt. Treuga uero interim mortuos
eorum quos uoluerunt tradiderunt funeribus
sepulture. Ceterorum autem corpora mortuorum
statuerunt igne comburi. Achilles uero qui
de morte Patrocli solari non poterat, de morte
eius mestis et flebilibus uocibus in multo fluen-
te lacrimarum diutius lamentatur. Demum constructa
Patroclo cum insignibus marmoreis lapi-
dibus sepultura, corpus Patrocli in eam
in multo honore facit Achilles humari, et
securam firmitate tenendi sic Grecorum ma-

Nota: Dici potuit Hectori quod postea dictum est Anibali cum deuicit Romanos:
Vincere scis Anibal, uti uictoria nescis.

ioces corpus Prothesilai in quodam cenotho-
phio marmoreo nimium precioso statuerunt.
in honore magno ut moris erat maior(um)
nobilium sepeliri. Troiani uero interea tem-
pore ipsa durante eorum vulneratos in bello ipe-
ritorum consilio medicorum curari fecerunt adeo qui-
dem sic quod infra duorum mensium eorundem
restituti sunt qui vulnerati fuerunt inte-
gre sanitati. Sed et Rex Priamus qui de mor-
Frater naturalis hectoris — te sui Cassibilantis sui filii naturalis solari
non poterat pro eo quod magis eum quam capiat pa-
ternus affectus tenerrime diligebat in
lacrimis uacabat diucius et lamentis. Sed
demum ipsum in templo Veneris nimium precioso
[illegible] sepultura hectoris — recondit sepulcro. Cassandra autem plo-
ratum audiens gemitus et lamenta funeris
Lamentacio et deriacio et ploratus Cassandre filie regis Priami — exclamat in uoces dicens. O miseri troiani
quot uestrorum excidia substinentes que de nobis
omnibus similia sunt futura. Cur pacem grecorum
non queritis antequam gladio trucidante omnes
nequiter pereatis et nobilis troia precepts deiecta
et funditus in ruinam et antequam plurimis matres
earum orbate perpetuas ipsi que ipse defleant sem-
turas. Sane non fuit helena tam dolorosa
tam exitioso precio comparanda ut omnes usque ad
unum substineamus martirio periamus. Ad quid diu
Item lamentacione et prophetacione Cassandre captiuatur et sub fide custodia ponitur a patre suo Rege Priamo. — Cassandra talibus clamoribus nullum finem
imponeret Rex Priamus eam capi mandauit
et sub firmi carceris custodia tempore multo detrudi.

Palamides querela de palamide contra Agam. — Interim grecus Palamides multum conquerentibus inter grecos
de dominio Agamenonis sic placuit dicat eum eum
indignum tanti dominii potestate super tot Reges
et duces et se conasserit digniorem nec eum hoc
in proposito suum uelle cum ipse eum sibi non elegerit
nec ab omnibus regibus qui sunt numero plusquam
plusque xxx reges — triginta fuit electus sed a tribus tantum vel consentientibus
quibusdam aliorum sed circa hec tunc non fuit ultra pro-
cessum. Clausis uero indutiis treugarum datarum Aga-
menon in sue potestatis officio peruigil cum curia
debite sollicitudinis uigilancia omnes acies suas
Acies grecorum — studio uigiliori ordinauit. qualiter ordinate
compositione procedere deberent ad bellum. Primam igitur
aciem commisit Achilli. Secundam Dyomedi.
Terciam Menelao. Quartam Menesteo Athenarum
duci. Et omnes alias acies subsequentes idem Aga-
menon satis disposuit circumspecte. Hector
Troianorum acies — autem suas acies in multa discretione constituit. In
prima posuit Troylum qui in ceteris ductores viros
multa strenuitate conspicuos prout fuit uigilius
sic curia. Nec mora hector cum omnibus aciebus multa
uelocitate potentia currente exiit et grecorum acies
transcendendo cum eis in campum liberum se recepit.
de pugna inter hectorem et Achillem et ab equis ipsi prosternuntur — Hector igitur primus contra Achillem quem bene cogno-
uit se ingerit in obstaculum et dum uterque eorum unus
contra alium equum suum coegit in cursum adeo
se uiriliter impetunt. Quod dum alter eorum impegit in alterum
ambo sternuntur ab equis unde illud fortis in-
pegit in forte quod ambo pariter corruerunt.

Sed hector celeriter primum insurgit, equum suum uo-
lenter ascendit. Achillem deserit, et se uiolenter
ingerit inter turmas, maiorem partem sibi oc-
currencium interficit, alios uulnerat, alios cade-
re facit prostratos ab equis, et in uirtute sue po-
tencie omnes grecorum acies fortiter bellando diuidit
perforat, et ubicumque uult per grecorum sanguinem ma-
defactis incedit percuciendo quoscumque crudeliter
ense nudo. Achilles uero non post magnam horam
insurgens equum ascendit, et faciens impetum
in troianos multos occidit ex eis, et tamdiu
per turmas uulnerando discurrit, quod hectori
uenit obuius in uirtute bellandi. Insiliunt igitur
alter in alterum in fortitudine lancearum. Sed hector
sic potenter Achillem impullit quod hec lancea sua
plures confregisset in truncos. Achilles se in equo
sustinere non ualens ab equo sternitur, et preceps
procidit in terram. Hector capere nititur equum
Achillis, set cum contradictores multi contra hectorem
insultarent, Achilles equum suum festinus ascen-
dit. Hectorem impetit ense nudo et sic potenter
ipsum percussit in casside super caput, quod hector nimio
nutans in suorum manibus lectorum uix se tenuit
firmum in sella. Hector tunc pre nimio doloris
furore accensus irruit in Achillem, et ipsum
impetens in multa potencia ense suo, tribus ictibus
ictus ictibus cumulando super cassidem percussit
Achillem sic quod per eius faciem riuuli san-
guinis defluxerunt. Mortale igitur certamen inter

Nota quod Achilles per hectorem fuisse & equo ad terram prostratum

mul ambo forent, ita quod si diucius ambo in
eodem simul bello persisterent, uel alter interficeret
alterum uel ambo forte se mutuo perimissent.
Superuenientibus igitur noctis eorum de aciebus scilicet
partis utriusque, uix fuit alter in inuicem separati.
Tunc Dyomedes bellum intrauit, maxima
acie pugnatorum. Et ex aduerso Troylus
etiam cum maiori. Dyomedes et Troylus
ambo bellando conueniunt ab equis se sterne-
runt. Sed Dyomedes primus insurgit. Troy-
lum stantem peditem sic uiolenter percussit in
capite quod circulum cassidis ei fregit. Verum
Troylus in uirtute uirium suarum Dyomedis
equum interfecit ita quod ambo pedites insimul
persistant. Greci uero Dyomedem et troyani
Troylum ascendere faciunt, et ambo pedi-
tes repetunt certamen eorum. Sed Dyomedes
in multa uiolencia preualens cepit Troylum,
et captiuum cum duce ad presidia sua conatur.
Troiani uero contra Dyomedem acriter insistere
Troylum a manibus eripiunt in multo di-
scrimine personarum. Tunc discedendo per acies
superuenit Menelaus, quod excepto Troyano
Paris accessit ad bellum, quod diu instabant.
Hector uero in bello quasi turbinibus incellat quo-
scumque occurrentes sibi interficit, et diu uenisset
obuius contra cum quodam milles nouus nomine
Boetes in uirtute sua animose. Hectorem cum agressus
Sed hector tam grauiter percussit ipsum in capite

Sternunt ab equis Dyomedes et troylus pugnates adinuicem

De pugna inter dyomedem et troylum et acceptacionem troyli et [illegible] [illegible] ipsius

Filius priami

Boetes.

quod ipsum a uertice usque ad umbilicum in duas di
uisit partes qui statim mortuus exti
titit. Hector autem equum eius accipiens
ipsum fecit per quendam suum familiarem aspor
tari. Rege Archilogo hectoris consanguineo
hec uidente qui dum consanguinei sui mor
tem moliretur ulcisci contra hectorem et aggres
sus est quem hector potenter irruens ipsum
non obstantibus eius armis per medium ense
scindit qui statim mortuum ipsum inter
pugnantes amisit. Rex uero Prothenor
ausu temerario ductus extrinseco uadit
in hectorem et tam potenter ipsum impulit non ad
uertente hectore eius insidias quod hectorem
deicit ab equo. Sed hector in continenti consur
gens equum ascendit. in prothenorem irruit
et tam dire in suam tumidam uirtute percussit quod
corpus eius in duas dimidiauit partes. Achilles
autem postquam prothenorem uidit extinctum
et qui sibi in linea sanguinis attingebat
de morte ipsius grauiter contristatur. Sed Rex
Archilogus de morte prothenoris in simili do
lore concutitur cum sibi esset satis propinqua con
sanguinitate coniunctus. Achilles ergo et Archi
logus simul cum eo recuperare corpus prothe
noris regis intendunt. quod facere minime
potuerunt. Inualentibus enim in instra uirtute
troianis. Circa uesperum fuit data tregua cohac
ti quos troiani per potentiam coegerunt in fugam

Interficitur Rex Archilogus ab hectore

Deicitur hector ab equo a prothenore recuperatis uiribus ab hectore aliquo interficitur prothenor

alius a. sup. grecis

ipsique eos fugientes usque ad eorum tentoria perse
cuntur cedendo eos et ipsos letaliter uulnerando
die tunc adueniente tenebras iam urgente.
Quare superueniente noctis umbraculo plurimum
est discriptum. Liber .xvij. In quo agitur
de quarto bello.

Aduesperascentibus igitur horarum crepusculo stellis
per celi spacium undique patefactis quas
nox nocte oculis intuentium aspectibus eorum per
sue tenebras cecitatis aperte uulgauit. Omnes
Reges Grecorum duces et principes in ipsius
noctis conticinio in Regis Agamenonis tento
rio conuenerunt ubi tunc modo de morte hectoris
quomodo ipsum interficerent multa consilia sunt
scrutata. Dixerunt enim nisi hector ab hac
uita deficiat quod semper insistat in bellis Tro
iani nunquam poterunt sic offendi quod greci possint
de eis ad uictoriam peruenire. ipse enim solus tro
ianorum omnium est defensor et grecorum mortalis
offensor. Sed demum omnes ipsi se in hoc consilio
firmauerunt quod effectum talis negocii
Achilles recipit super se. non tamen suis uiribus
quam suo sagaci ingenio terminandum. quod Achil
les suscepit sollicito animo exequendum. cum precipue
eum interficere cupiat. etenim uidebat quod hector
affectat mortem Achillis. et nisi Achilles se
prouideat deficiat potius per manus hectoris for
tuna sinistrante prius cuius rei causa eorum de hoc
finito consilio singuli eorum ad tentoria sua

Conspiratio grecorum in mortem hectoris